

PARTIS I. TRACTATVS. II.

- res: non peccauimus cum peccauerint in pulchritudine iusticiae: & in expectatione patrum. **De**
Hier. 9. inde vis scire quando omnia peccata finiatur. Audi eundem prophetam: in tempore illo dicit do-
 minus. Quæretur iniquitas in Israel: & non erit: & peccatū i iuda: & non inuenietur. Cur quæso
 sequitur: quia propitius ero illis. Vbi autem propiciatio est: præcesserat ante peccatum. Tolle
 igitur posse: & cōcedo omnia donante deo subsistere. Bonum est præolari cum silentio saluta-
 re domini: bonum est ponere in puluere os suum: dare percipienti se maxillam: saturari obpro-
 brijs: spem habere in domino: Si enī abiicit & miserebitur iuxta multitudinem misericordiarū
 suarum: Neq; enim humiliāuit corde suo & abiicit filios hominū. Frustra murmurat homo pro
 peccatis suis. Scrutemur vias nostras: & quæramus: & reuertamur ad dominū. Leuemus corda
 cū manibus ad dominū in cœlum: dicamusq; ei: Inique egimus: & ad iracundiā prouocauimus
 Dañ. 4. Iccirco tu inexorabilis es. Daniel propheta loquit ad Nabuchodonosor: q; dominetur excelsus
 regni hominū: & det illud cuiuscq; voluerit: & extremum atq; proiectū constituat super illud. In
 ps. 12. terroga eum qua causa vltimū atq; despectum constituat in regem: & faciat quod voluerit: & di-
 scute vtrum ipsius voluntas iusta sit de quo scriptū est: Qui suscitāt de terra humilem & de ster-
 core eleuat pauperem: vt collocet eum cū principibus: cum principibus populi sui. An forsitan
 iuxta te absq; iudicio atq; iusticia gloriam quærit: auramq; popularem: vt humiles erigat in res-
 gnū: & potentes humilitate cōmutes: Audi prophetā dicentem: Omēs habitatores terræ qua
 si nihil reputati sunt apud eum. Fecit enim quodcūq; voluit in cœlo & in terris: & nemo est: qui
 resistat voluntati eius: aut possit dicere: quare hoc fecisti: cuius sunt omnia opera in veritate: &
 via illius iusticia: & superbientes potest ipse humiliare. Antiochus Epiphānes rex crudelissī-
 mus subuertit altare: ipsamq; iusticiam fecit conculcari: quia concessum erat ei a domino. Cau-
 sasq; reddidit propter peccata plurima: ergo non fecit quod ipse tantū voluit: sed quod dominus
 propter peccata populi concessit. Deniq; sequitur: q; non ex propria fecerit fortitudine: sed ex ei-
 us imperio: qui præcepit vt fieret. Illud autem in oratione sua loquitur. Peccauimus: inique egī-
 mus: iniuste gessimus: & recessimus a mandatis tuis: & cætera huiuscemodi soletis dicere: quod
 Dañ. 9. & Dauid: & Daniel & omnes prophetæ non pro se: qui sancti erant: sed ex persona populi sunt
 locuti. Aduersum quā opinionem ipse respondebit & dicit. Cum adhuc orarem: & confiterer
 peccata mea: & peccata populi mei israel. Vides ergo q; tam pro peccatis suis q; pro peccatis po-
 puli dominū sit deprecatus: & effuderit deprecationes suas in conspectu domini dei sui. Vis
 iterum nosse: quando peccatū & iniquitas finiatur: Quanq; diuersa sit auctorum interpretatio:
 Vbi sup. Audi eundem prophetam. Septuaginta hedomadae completae sūt super populum tuū: & super
 ciuitatem tuam sanctā: vt compleantur iniquitates: & finem accipiat peccatum vt disperat ini-
 quitas: & reueletur iusticia sempiterna. Quādiu ergo ille finis adueniat: & corruptiuum hoc atq;
 q; mortale in corruptione & immortalitate mutetur: necesse est nos subiacere peccato: non natu-
 ræ & conditionis: vt tu calumniaris vitio: sed fragilitate & commutatione voluntatis humanæ:
 quæ per momenta variatur: quia deus solus est imutabilis. Quæris vbi Abel: vbi Enoch: vbi
 Iesus filius Naue: vbi Heliseus cæteri q; sanctorū peccauerint. Non est necesse nodum in scirpo
 quærere: vt inam possem & manifesta reticere peccata: si vis a me verum audire: nescio. Nihil in-
 quit mihi conscius sum: nec tamen in hoc iustificatus sum. Homo videt in facie: deus in corde.
 1. Cor. 4. Apud eius conscientia atq; conspectum nullus iustificatur. Vnde & Paulus loquitur confiden-
 ter: Omnes peccauerunt: & indigent gloria dei: & conclusit deus omnia sub peccato: vt omnī
 Gal. 3. misereatur: & cætera quæ sæpe replicauius.

TER TIVS EIVSDEM DIALOGI LIBER CONTRA PELAGIANOS.
 EPISTOLA. XVII. CRITOBOLVS.

- Pro. 10.** **D**electatus sum tuorum multiplicatione sermonū: de quibus scriptum est: In multā
 loquō non effugies peccatū: sed quid ad causam: Certe hoc fateberis eos qui Chri-
 sti baptisma consecuti sunt non habere peccatū. Et si absq; peccato sunt: iustos esse
 Cūq; semel iusti fuerint: si egerint sollicitate: posse in sempiternū iusticiam custodire
 ac per hoc omne vitare peccatum. **A. T.** Non erubescis explosam atq; damnatā lo-
 uiniani sententiā sequi: Et ille enī his testimonijs tuisq; nitū argumentis: imo tu illius inuenta se-
 ctaris. In oriente docere desideras: quæ olim Romæ: & dudū in Africa condēnata sunt. Lege er-
 go quid illi responsū sit: & tibi responsū dicito. In dogmatibus enī & quæstionibus differendis
 non psona: sed causa quærenda est: & tamē hoc scito: baptismū præterita donare peccata: nō fu-
 turam seruare iusticiam. Quæ labore & industria: ac diligentia: & semper super omnia dei clæ-
 mentia custoditur: vt nostrū sit rogare: illius tribuere quod rogatur: nostrū incipere: illius plicere: